

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Briefe**

**Hebel, Johann Peter**

**Karlsruhe, 1926**

42. An Ittner

[urn:nbn:de:bsz:31-8697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-8697)

An Jttner. <sup>119)</sup>

29. März [1810].

Ihr liebes Schreiben oder warum schreib' ich nicht lieber et literae Tuae mellitissimae et Olisbus,<sup>120)</sup> non sale modo conditus, sed et oleo inunctus, mirifice me delectaverunt, vir et amice dulcissime plurimumque colende! Eadem, qua mea paucitas, voluptate perfusi et immersi sunt omnes, cum quibus hos excellentis ingenii Tui lusus communicandi mihi potestatem fecisti. Silidurum Protomedicum dico, quem nosti, et Ursum eundem quoque medicum, sed *πεμπτον* aut *έκτον*, non tamen Hecticum, ad hos Oleum nostrum et Legatum consiliarium Cauponis ad Montem meosque Professores.<sup>121)</sup> Omnibus stetit — imprimis amico nostro, quem nascentem cum obstetrix in ulnas susciperet, exilitate membri decepta pro muliercula habens, Conjugulam<sup>122)</sup>, nescio cui nubendam, salutavit, nemlich dem H.R. Gmelin, der jetzt bereits wieder die Vineas et Ornithogala mustert, ob sie alle kommen, u. in den Blüthenhainen der Moose schwelgt. Me tamen raro comitem habet. Ille, dum Hypnis inhiat, me dulcior *ύπνος* ipse detinet, nec cum una excurrimus, plantis magis quam sideribus et animalibus perquirendis operam damus. Nam et soles et stellas diligenter observamus et ursos persequimur et cycnos et hircos, quorum scilicet signa tabernis suis caupones praetendunt. Et quoniam illa bestia, quam Linneus in Syst. Nat. se ipsam nascere jubet et formae pulchritudine et ingenii excellentia omnibus una antecellit, rusticularum quoque mammas et suras et femora modeste tamen pertrectamus, ut me Clericum, illum maritum quidem decet, nam naturae investigatoribus nihil non licet. Tu utinam ambulatiunculis nostris tertius, sed potius interesses mihi que non redderentur modo, sed in annos multiplicarentur illi dies, per quos Te praesente et amico frui mihi fata donavere bonique Dii. Sed ut ad Olisbum non satis celebrandum redeam totus Myrtilorum mons resonat laudibus, non tam tuis, quam meis, quod ne in invidiam quidem dixerim. Tanta Musagetarum illorum de me et mea nigra spiritualitate opinio est, ut me pro auctore et celebrent et collaudent et thuribus paene suffocent. Ego vero immeritas coronas ita detrecto, ut cui debeantur, non prodam. Tu, quod tuum est, tibi vindicabis.



Cum Musa alemannica vix aliqua mihi consuetudo amplius intercedit

χα συριγῆ εὐρωτι παλυνεται, ἂν ποτ' επαῖα.

Totus in Gazaphylakidio<sup>123)</sup> illo deferbeo, quod Cotta lecturis edere, mihi implere gutmüthig genug ist. Ihm helfe der barmherzige Himmel zum Ersatz seiner Auslagen. Mihi bonus odor ex re qualibet. Sed claudite, — iam lusimus satis. Adhuc ut unum aut duos Olisbos mihi mittas, enixe rogo, saltem ut Consiliario arcano Rhenisylvae,<sup>124)</sup> qui mihi a pueris amicissimus est et egregius hircus, possim mittere unum. Tu vero vale et laetos dies age et totum tibi deditum dilige

Μόχλον.

Carlsruhae III. Cal. Aprilis

anno ab U. C. nescio quo.<sup>125)</sup>

Original: Stadtarhiv Freiburg.

\*43.

An Cotta.

9. Juni 1810.

Uebersendet die revidierten Texte für das Schatzkästlein mit Bemerkungen wegen der Holzstöcke. Format und alles Typographische überläßt er ganz Cottas Wahl.

Nur den Titel: Schatzkästlein des rheinländischen Hausfreundes sähe ich nicht gern mit demienigen vertauscht, den Sie im Meßkatalog aufgeführt haben. Das Prädikat des deutschen Hausfreundes rechtfertigt sich durch nichts, weder durch den Namen einer früheren Schrift, aus welcher die Aufsätze zusammen getragen sind, noch durch den Inhalt. Hausfreund einer großen Nation klingt ohnehin ein wenig zu eng u. zu weit neben einander. Es müßte eher deutscher Volksfreund oder Bären-Anbinder heißen.

Mit Ihrer Einladung, die Festsetzung des Honorars anstehen zu lassen, bis das Werklein fertig ist, bin ich auch ganz wohl zufrieden. Ich wollte Ihnen in meinem letzten Vorschlag nur eine kleine Probe geben, wie ungeschickt ich im Schätzen bin, u. meine frühern Ausweichungen damit rechtfertigen.